

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantinus Augustus Ceciliano episcopo Carthaginensi. S. De pecuniis,
ecclesiis à Constantino donatis. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

qui vobis inter vias ministrēt, assumptis, ad eū dīc in loco præscripto aliis occurras: quo per tuā grauitatē, & cōsentientē sententiā reliquorū, qui eo coeāt, hoc dissidiū, quod hactenus improbe, ob turpes & scelestas concertationes cōtinuatū fuerit, simul atq; ea quae ab utraque factione episcoporū (quos similiter adesse mādauimus) auditā fuerint, possit, licet sero, ad debitam religionem, fidem & fraternalm concordiam aliquando reuocari. Deus omnipotens in multos annos te nobis seruet in columē.

Exemplar epistole imperatoris, per quam pecuniae ecclesiis donatae fuerunt.

Constantinus Augustus Ceciliiano episcopo Carthaginensi. s.

De pecuniis, ecclesiis à Constantino donatis.

CAP. VI.

Quoniā visum est nobis per oēs prouincias Afriçæ, Numidiæ & Mauritaniae certis quibusdā legitimē & sanctissimē religionis catholice ministris in sumptus cōmunes aliquid suppeditare, literas ad Vrsum virū nobilissimū Questorē nostrum in Africa dedi, & ei signifi-

*Epiphani⁹ de
nensuris &
onderibus
ρόλης ὁ Κ
ταλάντιον
αλέται
ικλούν δὲ
Γινδόθυ
ιγύρωρ.
υγκείμες
ορ ὅτι γι
όνται σκ
κνέζια
όλης δύο
επτοι, κα*
caui, vt tria millia φόλεις tuæ grauitati numeranda curaret. Tu igitur quando prædictā pecuniā summā recipiendam curaueris, omnibus, qui in scheda ad te ab Osio missa ante scripti sunt, has pecunias dispertiri iubeto. Quod si aliquid ad istud meum in hac re erga omnes hos institutū cumulate explendū dēesse animaduertas, ab Heraclida nostrarū possessionū procuratore, audacter & absq; hæsitatione, quod necessarium fore putaueris, postules velim. Nā illi corā imperauī, vt si quid pecuniæ tua grauitas ab eo peteret, absq; dubitatione villa tibi numerandū curaret. Et quoniā accepi quosdā homines nō animo satis rectē cōposito & cōstituto, populū à sanctissima & catholica ecclesia mala & perniciosa corruptela velle auertere, scias velim me Aulino procōsuli, quin etiā Patricio præfectorū vicario, cū prēsto apud me essent, talia mandata dedisse, vt cum in reliquis omnibus tū in hoc maxime curā diligentē ponerent, & rē eiusmodi, si forte acciderit, nullo modo negligerent. Quapropter si quos homi-

ἀτὸρ δικαιστορά, οὐ κατὰ τὴν ἀργυρίσκον.

enarij yabet groſſo. anglie. ſumma. 27000. l. 1575. mare. anglie.

homines in eo furore & amentia inhæres cere perspicias,
abiecta omni cunctatione, iudices quos dixi adito, & hoc
idē illis referto, ut illi in hos, sicut corā mādaui, animad-
uertat. Dei opt. max. numē te in multos annos cōseruet.

*Exemplar epistolæ Imperatoris, per quam ecclesiastarum præfe-
tus, ab omni ciuili & communi Reip. administratione im-
munes esse mandat.*

Salve Auiline nobis cum primis obseruande.

De clericorum immunitate. CAP. VII.

Quoniam multis argumentis constat religionem, in
qua summus & perfectus cultus sacrosanctæ & cœ-
lesti dei potentiae debitus omnino consistit, negle-
ctam & contēptam magna pericula Reip. attulisse, ean-
demq; sancte augusteq; obseruatam, tum maximam Ro-
mano nomini ac splendori prosperitatem, tum eximiam
omnibus hominum rebus felicitatem (diuina beneficētia
illud largiente) apportasse, visum est ut illi homines, quā
debita cum sanctimonia, & assidua legis diuinę obserua-
tione, sua ministeria huic diuinæ religioni excolendæ
impertiant, Auiline honoratissime, pro laboribus suis
digna premia reportent. Quare eos, qui in prouincia tuæ
fidei concredita, in ecclesia catholica, cui Cecilianus
præest, huic sanctæ religioni sedulo inseruiunt (quos cle-
ricos nominare solent) ab omnibus omnino cōunibus
& ciuilibus Rerumpub. ministeriis immunes ac solutos
volo, vt nullo modo per errorem vel per sacrilegam ac
profanam prolaptionem, quæ in huiusmodi negotiis
accidere solent, à cultu diuinæ maiestati debito abstra-
hantur, sed absque vlla molestia propriæ legi obsequium
præsent. Qui quidem cum sacru numen summo honore
& veneratione prosequantur, incredibile est, quantum
Rebuspub. adiumenti videantur allaturi. Vale Auiline
venerande.

De secunda Licinii malignitate, & eius morte.

CAP. VIII.

EIusmodi nobis beneficia diuina & cœlestis gra-
tias seruatoris nostri benigne in nos intuentis tan-
dem tribuit? Tanta item bonorum affluentia
omnibus hominibus ex pace nobis restituta,
suppe-

*Immunitas
clericorum*